

Symbolum Nestorianum anni p. Ch. n. 612

edidit

D. Samuel Giamil

(Assyrio-Orientalis)

Symbolorum apud Syros-Orientales seu Chaldaeos Nestorianos omnium primum in usu fuit illud, quod Caspari *Quellen* I 115 s. s. primus edidit vertitque, graece conversum denuo typis excussit Hahn *Bibliothek der Symbole und Glaubensregeln* 2. 144 s. s. Illud apud Nestorianos antiquitus et perpetuo usui habitum esse antiquissima illorum ritualia palam ostendunt et ex fide atque consensu codicum manu scriptorum Nicaenum appellat J. S. Assemani *Bibl. Orient.* III 2. 246, quamquam homines inter occidentales doctrina celebres Caspari, Hort, Harnack, Kattenbusch alii post medium saeculum quartum illud sive ex Nicaeno symbolo, quod Eusebius, S. Athanasius, Theodoreetus, Socrates exhibent, sive ex vetere quodam symbolo Antiocheno derivatum esse opinantur. Neque tamen posteriora tempora novas quasdam et prolixiores fidei formulas excogitare omiserunt. Quarum primam videatur magnus Mâr(j)-Abbâ catholicus (536-552 p. Ch. n.) conscripsisse alteri suae epistolae synodicae de orthodoxia, quae inscribitur¹, inserendam. Duas deinde fidei professiones Išō'-jaβ Arzunita catholicus (581-596) condidit, quarum primam, quae rogante Mauricio imperatore prodiit, arabice conversam Amr Tirhanensis refert², altera anno 588 p. Ch. n. episcopis in synodus congregatis composita existat syriaca in *codice Musei Borgiani K VI 4* pag. 465-460. Quarti denique prolixioris symboli Nestoriani originem Abraham illustrat, historiae Rabban Bar-Ittâ coenobitae (+ 611 p. Ch. n.) septem

¹ Cf. opus 'A b-d-î š ð' Sobensis, cui titulus ﻪـ ﺔـ ﻢـ ﻮـ ﻭـ ﻮـ ﻭـ ﻮـ « *Ordinatio iudiciorum ecclesiasticorum* » I 1. (in apographo codicis monasterii B. Mariae V. apud Alqoš, quod penes me habeo, fol. 10 s. s.).

² Ed. Gismondi 45 s. (vers. lat. 26 s.).

syllabarum metro compositae scriptor, nona carminis sui sectione ¹. Cuius verba sunt ista:

• ۱ : مَدْبُرٌ فَكَلْبَعَفْ لِجَفْ .
 ۲ : بَهْ تَنَاهِمَنْ مُلْهَ .
 . ۳ : كَخِيَعْ كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۴ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ ۵ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۶ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ ۷ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۸ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ ۹ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۱۰ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۱۱ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۱۲ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۱۳ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۱۴ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۱۵ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۱۶ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۱۷ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۱۸ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۱۹ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۲۰ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۲۱ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۲۲ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۲۳ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۲۴ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۲۵ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۲۶ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۲۷ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۲۸ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۲۹ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۳۰ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۳۱ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۳۲ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۳۳ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۳۴ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۳۵ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۳۶ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۳۷ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۳۸ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۳۹ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۴۰ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۴۱ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۴۲ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۴۳ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۴۴ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۴۵ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۴۶ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۴۷ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۴۸ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۴۹ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .
 ۵۰ : كَهْ كَلْبَلَجَفْ .

« Diebus catholici
 « Ab eo petiit Chosroës rex,
 « Ut congregaret catholicus
 « Una cum monachis peritis
 « Qui coram Chosroë demonstrarent,

Sancti Mār(j) Sa;br-išō'
 Filius Hormisdae, rex Persarum,
 Episcopos orientis
 Aliisque doctoribus illustribus,
 Quae esset professio orientis

¹ In apographo codicis monasterii B. Mariae V. apud Alqōš, quod penes A. Baumstark est, fol. 14vo. 15ro.

« Circa admirabilem trinitatem
 « Unam substantiam gloriosam
 « Et quomodo, cum natura una sit,
 « Et, cum subsistentia tria vocentur,
 « Pater nimirum Filio
 « Sed, cum tria sint,
 « Et, cum unum sint, in tribus Cognoscantur quoad gloriam et adorationem,
 « Item, quomodo profiterentur Orientales orthodoxi
 « Mysteria incarnationis Christi in duabus naturis.
 « Qua de re litteras dedit ad coenobium sancti Mâr(j) Abrahae magni ¹,
 « Unde Mâr(j) Bâšai magnus ² descendit Vna cum aliis sanctis.
 « Ad alios quoque scripsit Viros doctrina et celebritate conspicuos
 « Catholicus eos ciendo simulque Ad hunc patrem nostrum ³,
 « Qui, licet primo venire renuisset, Ad aulam regiam Chosrois se contulit.
 « Ibique iste magister noster Una cum magno et inclito Mâr(j) Bâšai
 « Scripsit hanc professionem Verae fidei,
 « Quae etiam hodie nota est In divinis codicibus ».

Sed haec cum rerum veritate non plane conveniunt. Licet enim ea, quae referuntur, vera sint quoad factorum substantiam, falsa tamen sunt quoad tempus, quo professionem illam compositam esse scriptor tradit. Nam ut appareat ex dicto *codice Musei Borgiani K VI 4* pag. 492 et 689, re vera simul cum epistola episcorum et monachorum regi Persarum tradita est anno 23 Chosrois, nimirum 901 Graecorum, 612 p. Ch. n., quo tempore Saṣr-îšō' et Gregorio catholicis vita defunctis regis iussu sedes patriarchalis antistite suo destituta erat et non nisi vicaria potestate Mâr(j)-Abbâ archidiaconus et Bâšai magnus archimandrita ecclesiam orientalem regebant.

Quibus praedictis ipsum et epistolae et symboli textum produimus ex fide *codicis Musei Borgiani K VI 4*. pag. 689 ss. 491-497 notatis variis lectionibus paucissimis, quas symboli verba in *codice Vaticano Arab. 83* exhibent propriae, quam orientalis ecclesia teneat, professionis fidei instar postea Romano pontifici transmissa (fol. 119v^o-125r^o).

¹ Iste saeculo Christi sexto conditor et praefectus celeberrimi coenobii in monte Izlā siti fuit.

² Hic tertius post dictum Abraham coenobii in monte Izlā siti praefectus extitit. Qui munus suum optime gessit plurimumque contulit tam ad disciplinam monasticam, quam ad scientias in scholis ab ipso institutis promovandas. Cf. de utroque Thoma Margensis *Hist. monast.* I 7-11. 27-30, III 1-3.

³ Nimirum Rabban Bar-Ittâ, cuius Abraham historiam scripsit. Cf. Baumstark *Römische Quartalschrift*. 1901. 115-123.

Deinde scribimus gratiarum actionem et defensionem, quam regi patres episcopi Persiae obtulerunt una cum patribus et monachis, qui cum eis in urbem regiam anno Chosrois regis filii Hormisdae vicesimo tertio congregabantur, 5 cum Gabriel Rostbidanus¹ regi persuasisset, ut nos ad disputationem cum haereticis suae opinionis fautoribus vocaret. Quam, cum a rege rogati essent, ut fidei suae veritatem rerum exemplo demonstrarent, fortiter et audacter absque timore protulerunt.

10 Gratiarum actio et defensio ad regem. — Nos quidem omni occasione et omni tempore et omnibus diebus et omnibus horis primum Deum nostrum optimum et misericordia ditissimum adorare et praedicare debemus, qui ut coronam omnium beneficiorum nobis collatorum saeculo nostro dominum bonum virtutibus illustrem et beneficiis abundantem ut vos tribuit. Deinde vero etiam clarissimam vestram dominationem veneramur et (gratias) bonitati vestrae agimus, quae erga nos maior quam erga ceteros omnes admirabili regno vestro subditos exstitit. Licet enim instar solis, qui 15 luce sua atque calore universum mundum laetificat, bonitas vestra super omnes homines abundantiter pateat, attamen, quoniam suorum quisque magis conscius fit et ea, quae erga ipsum peraguntur, facilius perspicere potest, ideo etiam prose ipse maiorem gratiam reddere debet. Quo magis nos famuli vestri et exigua praediti scientia, cum maiestati victoriarum vestrarum admodum stupendarum tantum debeamus, ut abundantem erga nos bonitatem vestram videamus et ea gaudeamus et ea iuvemur et eam praedicemus, compellimus. Si enim nos ipsi cum ceteris hominibus 20 conseruare velimus, qui ab Ada primo ad ultimum usque homi-

¹ Hunc potius Singara oriundum et *Airir dastaβād* propter eximiam regis amicitiam appellatum esse scripsit Bar-Ebrājō in *Chronic. eccl.*

nem fuerunt eruntque, nos omnibus feliores esse vide-
mus, quod digni habitu sumus, qui sub imperio admirabilis
regni vestri vitam degremus, quia misericors dominatio
vestra non solum temporalia vitamque nostram corporalem
perpetuo omnibus bonis instruit, verum etiam ineffabili li-
beralitate vestra dignati estis animum, qua estis erga fa-
mulos vestros caritate, sedulo ad spiritualem vitam nostram
advertere, quae est vera fides humano generi misericorditer
tributa. Ad gratias igitur, uti decet, pro hoc admirando
novoque dono bonitati vestrae agendas nobis nova scientia
opus est. Qua cum careamus, spe nostra in Deum, qui
omnium Deus est, posita eum supplices deprecamur et omni-
potentem eius dominationem submissi exoramus, ut regium
thronum imperio vestro ad omnes terrarum fines porrecto
corroboret per omnia mundi saecula. Amen.

Quod vero regum praeclarissime, invicte Chosroës, rex
regum, pacifica auctoritas vestra nos fidei nostrae verita-
tem coram vobis exponere iussit, adiuvante Deo vivo et
omnia vivificante perutile mandatum vestrum venerati ag-
gredimur breviter et circumscriptis verbis fidei nostrae ve-
ritatem exponere, quam directo ex prophetarum et aposto-
lorum et ipsius salvatoris nostri praeconio didicimus ean-
demque haec pars orientalis omnibus ceteris mundi partibus
nobilior a beato apostolo Addaeo, uno ex discipulis domini
nostri Iesu Christi, accepit semperque tenuit et ad hunc
usque diem nulla unquam mutatione facta servavit ista-
que est:

Credimus in unam naturam divinam, quae aeterna est,
initio carens viva et omnia vivificans, potens et omnes
potestates creans, sapiens et omnes scientias tribuens, spi-
ritus simplex, infinita, incomprehensibilis, non composita
neque partibus constans, incorporea, invisibilis, immutabi-
lis, nulli passioni obnoxia, immortalis, quae neque per se
ipsa neque in alio neque cum alio pati aut mutari potest,

est autem tam quoad suam essentiam quam quoad omnia,
quae ad ipsam spectant, perfecta neque ullam auctionem aut
diminutionem subire potest, quae sola essentia est et Deus
super omnia, quae in tribus sanctis subsistentibus cognoscitur
5 et praedicatur, Patre et Filio et Spiritu Sancto, naturam es-
sentialiter trinam subsistentibus et subsistentia unius naturae
aeternae, inter quae nihil intercedit nisi proprietates, qui-
bus singula inter se subsistentia distinguuntur, paternitas et
filiatio et processio — quoad cetera autem quodcumque de
10 natura generaliter praedicatur, idem aequa etiam de uno-
quoque ex singulis subsistentibus singulariter praedicatur
eique est absque diminutione, et quod Pater imparabilis et
immutabilis est, etiam Filius et Spiritus cum ipso et ut ipse
omnis passionis aut mutationis expertes praedicantur et,
15 sicut Pater infinitus esse neque ullis constare partibus cre-
ditur, ita et Filius et Spiritus infiniti et non compositi
praedicantur, — tria subsistentia omnino perfecta in una
deitate, una virtute insuperabili, una sapientia infallibili,
una voluntate immutabili, una denique potestate infinita,
20 quae bonitate sua mundum creavit et nutu voluntatis suae
eum gubernat. Quae cum pro mensura maxima suae sa-
pientiae genus humanum ab initio rebus minimis ad scien-
tiam deitatis sua exerceisset et mediis temporibus se per
diversas species variasque figuris sanctis manifestavisset
25 et homines ad augendam eorum cognitionem multifariis
legibus instruxisset et docuisse, novissimis temporibus in-
comprehensibili sapientiae eius placuit rationalibus admir-
anda laudabilis trinitatis sua mysteria revelare et nota
facere nec non secundum suam praescientiam aeternamque
30 voluntatem naturam nostram extollere et in ea spargere
verum semen resurrectionis mortuorum et novae atque in-
corruptibilis vitae, quae in aeternum immutabilis est. Ita-
que propter nos homines et propter nostram salutem Filius
Dei, Deus Verbum, cum a genitore suo non discederet, in

mundum venit atque in mundo erat et mundus per ipsum factus est¹, et cum naturae creatae gloriosam deitatis eius naturam videre non possent, ipse e natura filiorum Adae sublimiter sibi templum sanctum plasmavit, hominem perfectum ex beata virgine Maria, qui absque copula viri secundum ordinem naturae perfectus est, et illum induit et sibi univit et in eo mundo revelatus est secundum verba ab angelo ad matrem salvatoris nostri dicta: « Spiritus enim Sanctus superveniet et virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideo ille, qui ex te nascetur, sanctus est et Filius Dei vocabitur »². Unde admirabilem coniunctionem et inseparabilem unionem, quae inde ab initio formationis suae assumptae humanae naturae cum assumente Deo Verbo fuerit, discimus et exinde unam tantum personam agnoscere Iesum Christum Filium Dei, qui secundum naturam deitatis suae ex Patre ante saecula et sine initio genitus et novissime secundum naturam humanitatis suae ex virginе sancta filia David natus est, quemadmodum Deus antea beato David promiserat: « De fructu ventris tui ponam super sedem tuam »³. Quam promissionem post rerum evenitum beatus Paulus iam exposuit, cum Iudeis de David loqueretur: « Huius ex semine Deus secundum promissionem eduxit salvatorem Iesum »⁴. Item ad Philippenses scripsit: « Hoc enim sentite in vobis, quod in Christo Iesu, qui, cum sit forma Dei, formam servi accepit »⁵. Quem porro alium formam Dei appellavit nisi ipsum Christum secundum naturam deitatis suae? Atque quem vocat formam servi nisi eundem Christum secundum naturam humanitatis suae?

¹ Io. 1 § 10.

² Luc. 1 § 35 ex textu versionis simplicis (Pešitta).

³ Ps. 131 § 11.

⁴ Act. 13 § 23.

⁵ Phil. 2 § 5. Neque tamen verba cum versione simplici (Pešitta) plane convenient.

وَجَبْرِيلُ رَسُولُهُ . لَعْنَكُمْ أَنْتُمْ هُنَّا وَمَنْ هُنَّا : لَا كُوْنَ
 حَدَّيْنِي سَهْلِي وَنَاهِيَنْ . وَلَفْدِهِ بَهْلَهِي وَهَلَهِي وَجَبْرِيلُ
 لَا كُوْنَهِي حَدَّيْنِي سَهْلِيَنْ . وَنَاهِيَنْ : وَلَفْدِهِ
 وَنَاهِيَنْ . (صِبْرَمْ)¹ لَا حَدَّيْنِي سَهْلِيَنْ وَمَهْلَهِيَنْ وَهَلَهِيَنْ .
 لَا كُوْنَهِيَنْ : وَنَاهِيَنْ وَلَفْدِهِ : وَنَاهِيَنْ رَسُولُهُ . وَلَفْدِهِ
 وَنَاهِيَنْ . وَنَاهِيَنْ مَلَلَهِنْ لَهَلَلَهِنْ كَهْلَيْنَ وَلَهَلَلَهِنْ . وَلَهَلَلَهِنْ لَا
 حَدَّيْنِيَنْ اَنْعَمْ لَهَلَلَهِنْ . حَدَّيْنِيَنْ كَلْهَلَهِنْ وَلَهَلَلَهِنْ . وَلَهَلَلَهِنْ لَا
 حَدَّيْنِيَنْ : سَبِّهِنْ وَنَاهِيَنْ حَدَّيْنِيَنْ : أَنْهِيَنْ حَدَّيْنِيَنْ .
 وَنَاهِيَنْ وَسِّهِيَنْ لَاهَلَهِنْ . لَهِنْ اَنْعَمْ لَهَلَلَهِنْ لَهَلَلَهِنْ 10
 لَهَلَلَهِنْ : لَا حَرْمَهِنْ . لَهَلَلَهِنْ لَاهَلَهِنْ وَرَهَلَهِنْ اَسْهَلَهِنْ مَهْلَهِنْ
 وَعَهَلَهِنْ وَوَهَلَهِنْ . حَلَهِنْ وَنَاهِيَنْ حَدَّيْنِيَنْ لَهَلَلَهِنْ : لَا حَدَّيْنِيَنْ
 لَهَلَلَهِنْ . لَا سَهْلَهِنْ وَنَاهِيَنْ . لَهَلَلَهِنْ . لَهَلَلَهِنْ لَهَلَلَهِنْ حَدَّيْنِيَنْ
 لَهَلَلَهِنْ : لَا حَدَّيْنِيَنْ وَهَلَلَهِنْ . لَهَلَلَهِنْ حَدَّيْنِيَنْ . لَهَلَلَهِنْ 15
 حَدَّيْنِيَنْ : سَبِّهِنْ وَهَلَلَهِنْ . لَا حَدَّيْنِيَنْ وَنَاهِيَنْ . لَهَلَلَهِنْ
 لَهَلَلَهِنْ . لَا سَهْلَهِنْ وَنَاهِيَنْ حَدَّيْنِيَنْ . سَبِّهِنْ وَهَلَلَهِنْ .
 وَنَاهِيَنْ : حَدَّيْنِيَنْ حَدَّيْنِيَنْ : لَهِنْ حَدَّيْنِيَنْ وَلَهَلَلَهِنْ 20
 حَدَّيْنِيَنْ . لَهِنْ حَدَّيْنِيَنْ وَلَهَلَلَهِنْ : لَهَلَلَهِنْ حَدَّيْنِيَنْ .
 لَهَلَلَهِنْ وَهَلَلَهِنْ : حَسْبِهِنْ وَلَهَلَلَهِنْ وَهَلَلَهِنْ . حَلَهِنْ وَهَلَلَهِنْ
 وَهَلَلَهِنْ : سَبِّهِنْ وَلَهَلَلَهِنْ وَهَلَلَهِنْ . حَلَهِنْ وَهَلَلَهِنْ

¹ Lacuna in ms. M. B. Cod. Vat.

² Cod. Vat. ۱۵۰۷.

Illam enim accipientem nuncupat, hanc vero acceptam. Ergo proprietates naturarum minime possunt confundi. Neque enim assumens potest assumptum, neque assumptum esse assumens. Nam ut Deus Verbum in homine, quem induit,
5 reveletur et humana eius natura secundum propriae humanitatis ordinem creatis appareat, per inseparabilem unionem unus Filius Dei invenitur, quemadmodum didicimus et tenemus. Neque vero deitas in humanitatem converti neque humanitas in natura deitatis delitescere potest. Neque enim
10 ullo pacto essentia (divina) mutationi vel passioni subjici potest, quia si deitas mutaretur, iam non unio sed deitatis corruptio fieret; item si humanitas mutaretur, iam non salvatio sed humanitatis destructio. Quapropter corde credimus et labiis praedicamus unum dominum Iesum Christum,
15 Filium Dei, cuius deitas non celatur neque humanitas affertur, sed est Deus perfectus et homo perfectus. Deum perfectum dum Christum vocamus, non trinitatem sed unum ex subsistentibus trinitatis, scilicet Deum Verbum nuncupamus et, dum hominem perfectum Christum dicimus, non
20 omnes homines sed illud unum subsistens nuncupamus, quod singulariter ad unionem cum Deo Verbo pro nostra salute assumptum est. Quapropter dominus noster Iesus Christus ille, qui secundum deitatem suam ab aeterno ex Patre genitus est, novissimis temporibus propter nos secun-
25 dum humanitatem suam ex sancta virgine natus est, et, cum secundum deitatem suam absque necessitate et absque passione et absque mutatione permaneret, post nativitatem secundum humanitatem suam circumcisus est et crevit secundum Lucae testimonium: « Iesus crescebat statura sua
30 et sapientia et gratia apud Deum et homines »¹, et legem servavit et ab Ioanne in Iordane baptizatus est et exinde novum testamentum annuntiare coepit. Cum secundum vir-

¹ Luc. 2 § 52.

tutem deitatis suae miracula operaretur, nimirum mundationem leprosorum, illuminationem caecorum, expulsionem daemoniorum, revocationem mortuorum ad vitam, secundum humanitatis suae naturam sitivit, esuriit, manducavit, bibit,
 5 fatigatus est, dormivit atque post haec omnia semet ipse pro nobis tradidit et crucifixus et passus et mortuus est, cum deitas ipsius ex ipso non discederet neque tamen patetur, et corpus eius sindone linteo involutum et in monumento positum est. Et post tres dies secundum virtutem
 10 deitatis suae resurrexit, quemadmodum ipse antea Iudeis dixerat: « Solvite templum hoc et post tres dies ego exci-
 tabo illud »¹. Quod evangelista exponit, cum dicit: « Ille autem dicebat de templo corporis sui »². Et postquam re-
 surrexit, quadraginta diebus cum discipulis suis conversa-
 15 tus est, quo tempore eis manus suas et pedes ostendebat et dicebat: « Palpate me et scitote spiritui carnem et ossa non esse, sicut mihi esse videtis »³, ut verbo et opere eos de resurrectione sua confirmaret et per veritatem suae re-
 surrectionis in nobis spem nostrae resurrectionis confirma-
 20 ret. Et post quadraginta dies in coelum ascendit discipulis suis ipsum videntibus et, ut scriptum est, nubes eum ab oculis illorum suscepit⁴. Atque credimus eum de coelo ven-
 turum esse cum angelis suis cum virtute et gloria ad re-
 suscitandum totum genus humanum et ad iudicandos ex-
 25 minandosque omnes rationales, quemadmodum, cum in coelum ascenderet, angeli apostolis dixerunt: « Hic Iesus, qui a vobis in coelum assumptus est, sic veniet, quemadmodum vidistis eum ascendentem in coelum »⁵. Quibus aperte nos docuerunt, cum in coelum ascenderet, neque separatum ne-

¹ Io. 2 § 19.

² Ibidem § 21.

³ Luc. 24 § 39.

⁴ Act. 1 § 9.

⁵ Ibidem § 11.

١٠ **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **بِسْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ**
 (pag. 496) **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ**
 ١١ **لَا** **عَصْمِيَنْ** **لَا** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **لَا** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ**
 ١٢ **بِسْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **بِسْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ**
 ١٣ **بِسْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **بِسْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ**
 ١٤ **وَهُكْمُ لَهُ** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **أَسْنَدَ** **وَهُكْمُ لَهُ** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ**
 ١٥ **وَزِيقَقَ** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **وَزِيقَقَ** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ**
 ١٦ **وَبِعَوْنَى** **عَصْمِيَنْ** **وَبِعَوْنَى** **عَصْمِيَنْ** **وَبِعَوْنَى** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ**
 ١٧ **عَصْمِيَنْ** **إِفْرَادًا** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **وَبِعَوْنَى**
 ١٨ **وَعَدَتْنَا** **وَلَحْةً** **أَبْرَقَمَا** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **عَصْمِيَنْ** **وَعَدَتْنَا**
 ١٩ **وَعَدَتْنَا** **لِهُمْ** **وَعَدَتْنَا** **أَمْكِنَةً** **وَعَدَتْنَا** **أَعْزَارًا** **وَعَدَتْنَا** **أَعْزَارًا**
 ٢٠ **وَعَدَتْنَا** **لِهِمْ** **وَعَدَتْنَا** **أَمْكِنَةً** **وَعَدَتْنَا** **أَعْزَارًا** **وَعَدَتْنَا** **أَعْزَارًا**
 ٢١ **وَعَدَتْنَا** **لِهِمْ** **وَعَدَتْنَا** **أَمْكِنَةً** **وَعَدَتْنَا** **أَعْزَارًا** **وَعَدَتْنَا** **أَعْزَارًا**
 ٢٢ **وَعَدَتْنَا** **لِهِمْ** **وَعَدَتْنَا** **أَمْكِنَةً** **وَعَدَتْنَا** **أَعْزَارًا** **وَعَدَتْنَا** **أَعْزَارًا**
 ٢٣ **وَعَدَتْنَا** **لِهِمْ** **وَعَدَتْنَا** **أَمْكِنَةً** **وَعَدَتْنَا** **أَعْزَارًا** **وَعَدَتْنَا** **أَعْزَارًا**
 ٢٤ **وَعَدَتْنَا** **لِهِمْ** **وَعَدَتْنَا** **أَمْكِنَةً** **وَعَدَتْنَا** **أَعْزَارًا** **وَعَدَتْنَا** **أَعْزَارًا**
 ٢٥ **وَعَدَتْنَا** **لِهِمْ** **وَعَدَتْنَا** **أَمْكِنَةً** **وَعَدَتْنَا** **أَعْزَارًا** **وَعَدَتْنَا** **أَعْزَارًا**
 ٢٦ **وَعَدَتْنَا** **لِهِمْ** **وَعَدَتْنَا** **أَمْكِنَةً** **وَعَدَتْنَا** **أَعْزَارًا** **وَعَدَتْنَا** **أَعْزَارًا**
 ٢٧ **وَعَدَتْنَا** **لِهِمْ** **وَعَدَتْنَا** **أَمْكِنَةً** **وَعَدَتْنَا** **أَعْزَارًا** **وَعَدَتْنَا** **أَعْزَارًا**

¹ In Cod. Vat. deest ¶7.

² Cod. Vat. **هُوكْمُ** habet.


³ In Cod. Vat. desunt verba **أَسْنَدَ**, **أَعْزَارًا**.

que mutatum esse subsistens humanitatis eius, sed in inseparabili cum deitate eius unione servari cum magna gloria, qua ultimo die venturus est ad ignominiam eorum, qui eum crucifixerunt et ad gloriam et exaltationem eorum, qui in 5 eum credunt, cui et Patri eius et Spiritui Sancto sit honor et gloria in aeternum.

Hanc orthodoxam fidem accepimus et didicimus a spirituali doctrina prophetarum et apostolorum et patrum sanctorum eamque mente tenemus et labiis praedicamus et omnes 10 eos, qui eam annuntiaverunt, docuerunt, tradiderunt, acceperunt, sive concilia universalia, quae tam in occidente quam in oriente diversis temporibus celebrata sunt, sive singulas personas, quarum nomina in sancta ecclesia agnoscuntur, ut patres, fratres, filios fidei accipimus, suscipimus, veneramur. Illos vero, qui ab hoc fidei symbolo recesserunt et contraria didicerunt et docuerunt, reprobos et extraneos reputamus. Haec est doctrina fidei orthodoxae a sanctis apostolis ecclesiae catholicae tradita, et in terra Persarum ab aetate apostolorum ad hunc usque diem nullus 15 haeresiarcha apparuit, qui schismata et divisiones contra eam fidem doceret. In regione autem Romanorum multae et variae haereses apparuerunt plurimos contaminantes. Qui cum illinc expellerentur, eis huc fugientibus tenebrae eorum propagatae sunt ut Manichaeorum et Marcionitarum. 20 Ita etiam Severiani theopaschitae cum funesta sua opinione egerunt. Nimirum cum ibi morbus eorum cessavisset, quod ex sancta ecclesia electi expulsique erant, inde egressi huc 25 venerunt et per fictam pietatis speciem vanasque contumelias se apud homines rusticos rudesque insinuaverunt. Nunc 30 vero speramus et confidimus fore, ut quemadmodum terra

اَمْ حَلَّتْ اَنْسِيَةٌ مُعْدَّوَةٌ فِي رَوْحِي . اَمْ حَلَّتْ اَنْسِيَةٌ مُعْدَّوَةٌ فِي
 كُلِّيَّةٍ فَكَانَتْ سَقْنَاءُ زَيْنَهُ كَأَنَّهَا كَأَنَّهَا كَأَنَّهَا حَسِيبَةً :
 اَمْ حَلَّتْ اَنْسِيَةٌ مُعْدَّوَةٌ فِي دُرَجَاتِي . اَمْ حَلَّتْ اَنْسِيَةٌ مُعْدَّوَةٌ فِي
 حَلْفِيْهِ وَهُنْدِيْهِ وَفِيْهِيْهِ وَدُرَجَاتِيْهِ : اَمْ حَلَّتْ اَنْسِيَةٌ مُعْدَّوَةٌ فِي دُرَجَاتِيْهِ
 كَأَنَّهَا كَأَنَّهَا⁵
 كَأَنَّهَا كَأَنَّهَا¹⁰
 كَأَنَّهَا كَأَنَّهَا

¹ Uterque Codex ۷۰۱۵۱۲ مُكْبَرَةٌ، quod est palam calligraphi error.



Romanorum sublimi potestati admirabilis regni vestri in
novo et admirando regionum et urbium imperio subiecta est,
ita dominatio vestra per potestatem perutilis vestri man-
dati prospere (rem) vertat et eos nobiscum in illa apostolica
5 fide confirmet, quam simul ab initio accepimus, unius sci-
licet Dei veri, qui omnium naturarum dominus est. Qui vos
secundum voluntatem suam in unitate dominationis super
omnem mundum conservet in saecula saeculorum. Amen.

